

Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois.

Appendix, Lavardin Nr. 33

Quiconque servicium iure sibi debitum pro Christo amore lauxat in presenti, gratiam qua nos redemit in futuro, pro servicio relaxo, eternam beatitudinem ab ipso domino dicente, consequetur, dimitte et dimittetur vobis, date et dabitur vobis. Quapropter, ego Hugo, filius Roberti, hanc colibertam meam Haiildem, pro Dei amore, et pro anima patris mei Roberti, Mascia matre mea et Gaufrido fratre meo, nec non etiam Odone de Frate Vuallo, cuius hec supradicta coliberta dimidia erat, et Agatha uxore sua, et filiis suis Salomone et Ugone concedentibus, liberam facimus. Illa ut deinceps bene ingenua possit existere, tanquam ab ingenuis parentibus esset procreata, et nulli debeat aliquod servicium nec servitutis obsequium, nisi soli Deo cui omnia subiecta sunt. Si vero aliquis de parentibus meis, vel nostris, vel de heredibus nostris, seu aliqua intromissa persona, huius elemosine libertatem frangere voluerit, ex divina auctoritate omniumque sanctorum excommunicetur, et sua repetitio nihil valeat et centum libras auri persolvat, et cum proprii corporis duello hominem in eius nomine adquirat. Haec libertas fuit facta ad Montem aureum ex parte Hugonis, ad Lavarzinum ex parte Odonis, Leudovico rege Francorum imperante, Ildeberto sancte Dei cenomanensis aecclesiae pontificatum agente, Petro Montoriensium domino existente. Huius libertatis sunt testes: Johannes presbiter – Mascelinus de Troo – Herveius de Marches – Guillelmus de Rupibus – Joduinus nepos defuncti Roberti – Teobaldus Corcons – Teodericus et uxor eius Hermengardis – Paganus pretor – Gaufridus filius Raginaldi Pexxi – Leburgis mater eius – Hengerbertus de Carleo – Corbinus venator – Puella filia Hernaudi quochini – Garnerius – Paganus de Pinellis. De Lavarzino: Gaufridus piscator – Simon filius Guiberti – Fubertus Boeta. S. Crus + Odonis – S. Crus + Agathes – S. Crus + Hugonis filii Odonis – S. Crus + Hugonis filii Roberti – S. Crus + Mascie – S. Crus + Gaufridi – S. Crus + Petri de Monte aureo – S. Crus + Philippi filii sui – S. + Salomonis – S. + Johannis fratris Pagani de Fracta Valle, qui Paganus concedit libere omnia esse data, voce absoluta. S. Crus + Ade uxoris Petri de Monte aureo. Hoc signum + Hugonis filii Pagani Fracte.

+ + + + +